



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem  
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;  
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd  
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctiss. Primae Partis Opera Historica,  
Quotquot hactenus reperiri potuerunt, omnia

**Trithemius, Johannes**

**Francofvrti, 1601**

Prosthesis Sive Additio.

**urn:nbn:de:0128-1-17297**

ILLVSTRIVM VIRORVM.  
PROSTHESIS SIVE ADDITIO.

ILLVSTRIVM GERMANORVM, IACOBI WIMPHELINGI SLETSTAD-  
tensis, post Catalogum Domini Iohannis Trithemij Abbatis Span-  
hemensis composita.

**C**Vm nuper Catalogum illustrium virorum Germaniæ meis precibus inductus, reue-  
rendus pater Trithemius abbas Spanhemensis edidisset, eum que ipsum ad me trans-  
mississet, comperi deesse summos Romanæ vrbis pontifices ex Theutonicijs assumptos, &  
quosdam alios (meo iudicio) memoria dignos: & indolui, statimque induxi animum, qua-  
tenus neglectos adiungerem, & vel folis nominibus posteritati commendarem. Trithemius  
ereminus noster piensissimus pater hoc propositum me conscio dudum assumpserat,  
nullam penitus suo Catalogo inserere, nisi cuius & tempora vitæ & opusecula ingenij cer-  
ta sibi memoria innotuisset. Ego vero, qui Germanum quempiam non sine singulari eru-  
ditione ad fastigium summi pontificatus assumi potuisse crediderim, quamvis opera ad  
nos eorum non peruenerint, nequaquam illos pertranscam.

**S**TEPHANVS igitur Papa octauus, ex Germania natus, non est censendus absque  
singulari & vitutum & doctrinarum excellentia, in sanctissimum Romanæ sedis culmen  
sublimari potuisse, quamvis Romanorū tyrannide vexatus, vt nihil magnificum aut præ-  
clarum, memoratue dignum agere posset, aduersam sibi fortunā expertus sit eum dolore.  
Huius quoque meminit Sebastianus Murrho Colmariensis de virtutib. & magnificentia  
Germanorum. Claruit sub Ottone Imperatore primo anno Domini M, cccc. XLII.

**G**REGORIUS Papa Quintus, genere Saxo, statutus, ordinarijsque Romani Imperij  
Electoris (quibus Imperatoris electio irrefragabili perpetuitate commissa est) mirifica  
prudencia sua sacrosancto Romano Imperio feliciter atque salubriter consuluit, veritus  
aliquando prolem ab auitis patrijsque virtutibus degenerare posse. Claruit sub Ottone  
tertio. Anno Domini M, cccc. xcvi.

**C**LEMENS Papa secundus, Synderus antea vocatus, Bambergensis episcopus: Hen-  
ricum secundū coronauit, qui Romanos in verba sua iurare coegit, Pontifici electioni se nun-  
quam interfuturos, optimum & saluberrimum decretum à Pontifice & Principe Romanis  
(vtrouque licet Theutone) institutum. Claruit sub Henrico tertio Imperatore secundo,  
anno Domini MCLVII.

**L**EOPAPA nonus, Alsaticus natione, ex comitibus de Egeseheim, sanctitate clarus,  
prius Bruno episcopus Tullensis, monachus diui patris Benedicti, vocem è cælo audire  
meruit. Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. Et de hoc in Catalogo suo Trithemius  
nolle mentionem fecit, & similiter Sebastianus Murrho. Claruit sub Henrico tertio, an-  
no Domini MCLVIII.

**V**ICTOR Papa secundus Gebhardus ante vocatus, episcopus Eichstettensis, magnā  
synodum Florentiæ habuit, in qua multos episcopos propter Symoniā & fornicationē  
damnans deposuit. Hic optime rexit & reformauit clerum, & multa bona fecit atque con-  
stituit. Claruit sub Henrico tertio, anno Domini MLIII.

**S**TEPHANVS Papa nonus, Fridericus ante vocatus, monachus ordinis diui patris  
Benedicti. Statim curauit, vt Mediolanensis ecclesia, qua à Romana ducentis fere annis se  
subtraxerat, nunc demum eidem obtemperaret, vt vero omnium ecclesiarum parenti,  
Claruit autem sub Henrico huius nominis tertio anno MLVII.

Et tantum de Romanis pontificibus ex nostratibus assumptis, iam de reliquis in Ca-  
talogo obmissis, quantum nobis constare potuit, breuiter aliquid perscribamus.

**B**RUNO inceptor ordinis Carthusiensis, ex Colonia Agrippina oriundus, vir san-  
ctus & clarissimus, tum philolophus, tum theologus, scholarum Parisiensium rector &  
moderator, cum in Gallijs legendo, disputando & scribendo excellentissimus haberetur,  
relictō seculo & pompis eius, cum septem viris doctissimis in Heremum Carthusiæ seces-  
sit, ibique monasterio extracto, hunc ipsum ordinem feliciter instituit. Ex eius discipulis  
fuit Urbanus Papa secundus. Claruit autem Bruno, circa annum Domini MLXXXV.

**H**YCO de sancto Victore Parisiensis, natione Germanus, oriundus ex Saxonia fuit,  
vnde nostris merito connumerandus est. Qui quanta scripserit, in Catalogo de scriptori-  
bus ecclesiasticis Trithemius noster non tacuit. Claruit autem eodem tempore, quo  
Diuus Bernhardus abbas Clareuallis, anno Domini MCXX.

**I**OHANNES ex Turghem Sueuiæ vico oriundus, primū Eichstettensis, deinde Ar-  
genti-

Themij

per  
torica



gentinenſis Epiſcopus, vir omnium tum diuinarum tum humanarum literarum doctiſſimus ſagaciſſimusque non ſine memoria & laude tranſeundus eſt, quamuis nihil ſuorum ad nos operum peruenerit. Vidimus Bibliam & Decretum, quæ ſua manu ſcripſit, quæ hodie in Moſheim extant. Mortuus eſt anno Domini M. CCC. XXVIII.

IOHANNES Buridanus philoſophus maximus, primum in gymnaſio Pariſienſi philoſophiam multis annis glorioſe docuit, ac deinde in vniuerſitate Wienneniſi in Aſtria multos in eadem facultate non ſine admiratione omnium erudiuit. Scripſit inter multa ingenii ſui opuscula. Quæſtiones ethica Ariſtorelis, ſolidas, veras & profundas, reſte Iohanne de Gerſon, cætera multa compoſiuit, nobis iam non occurrentia.

APOLLONIUS ſummus & perſpicaciſſimus medicus Erſtardeniſis, qui in loco plurimis philoſophiam docentibus perpetua ſtipendia inſtituit, quæ & magnifice dotauit. Scripſit in ſua profeſſione nonnulla opuscula, quæ tamen in manus noſtras adhuc minime venerunt.

SIGISMUNDVS Romanorum Imperator, vir tum doctriſina, tum multarum linguarum peritia inſignis: in concilio magno Conſtantiendi orationem latinam habuit, omni religioſa pietate & vera Chriſtiana religione plenam, quam auribus ſuis Ioannes Gerſon non ſine pia compunctiōe ſelatum audiuiſſe narrat. Nec Dauidi ſanctiſſimo eum comparare dubitauit.

IOHANNES dictus Sonnemannus, id eſt vir Solis, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis de monte Carmelitarum, Doctōr ſacræ Theologiæ, conuentus Caſſelleniſis in Haſſia, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularis philoſophiæ in terpreſis egregius, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholæſticus, declamator ſermonum popularium ſacratiffimus, Scripſit de decem præceptis li. I. ſuper ſymbolo apoſtolorum li. I. de præparatione cordis li. I. de ſuperſtitionibus li. I. de contractibus lib. I. caſus contra reempriones ceſſuum lib. I. Sermones de tempore & de ſanctis lib. II. alia quoque nonnulla edidit, quæ ad noticiam meam non venerunt. Claruit in conuentu ſuo Caſſelleniſi, ſub Friderico Imperatore tertio, anno Domini M. CCC. LXX.

GERARDVS de Caſtris ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper virginis, de monte Carmelitarum, prior conuentus Moguntinenſis, vir doctus & eruditus, ingenio præclarus ſermone ſcholæſticus, vita quoque & conuerſatione deuotus, ac regularis obſeruantia celeberrimus, declamator ſermonum egregius. Scripſit de paſſione Domini lib. I. Sermones de tempore & de ſanctis lib. II. Et alia non ſpernenda. Claruit ſub Friderico Imperatore tertio, anno Domini M. CCC. LXX.

GREGORIUS Heimburgius non mediocriſ iuriſconſultus & Orator, nec ab Italia (maxime Venetiæ) ſine laude orationum ſuarum abceſſit. Quamquam admirabile eluſum ingenium nõ ſola quidem inani verborum ventofitate, ſed etiam ſacratiffimis legibus probe inſtitutum, aliorum inuidiam ſibi comparauit. Summa enim petitiuor, perſeuerantiſſima venti. Orationes & epiſtolas varias ſcripſit pro deſenſione Sigifmundi ducis Auſtriæ. Et appellatiōem à ſententia ſummi pontificis, & alia.

IOHANNES Simlerus Argentinenſis, iureconſultus celeberrimus, ingenio præſtantiſſimo, eloquio diſertus, prudentia ſummus, multas ſcripſit elegantiffimas epiſtolas, tum ad multos ad alios. Et quædam alia non ſpernenda opuscula, quibus virtutem ſuam exercitauerit ingenium. Moritur ſub Innocentio Papa octauo.

Habes à me nunc, candide Lector, Protheſin, quam promiſi, additionem ſcilicet quorundam ingenio præſtantium ad Catalogum inſignem reuerendi Patris Domini Iohannis Trithemij, Abbatis Spanheimenſis, quo viros illuſtres Germaniæ noſtræ maxima alacritate deſcripſit. Nec dubitamus reſtare pene innumeros, quorum nullam fecimus mentionem: eo quod nobis eorum & nomina & opuscula penitus ſunt incognita. Sed vnuſquique poſt nos addat quos inuenierit, & gloria Alemanorum ſemper aucta omnibus exteris nota fiet. Nos enim quantum nobis licuit, pro laude nationis noſtræ animo promiſſiſſimo laborauimus.

INDEX

IND  
OPERI

MERV



Alamannus pres

147.8

Adelbero Epiſcop

147.8

Adelbertus Marc

147.8

Adelboldus Epiſco

147.8

Adelbrun Dux B

147.8

Adelricus Abbat

147.8

Adelmannus, Epi

147.8

Adelmuſ Epiſcop

147.8

Adelphus Abbas, q

147.8

Adelungus prebyste

147.8

Adelbrun Abbas q

147.8

Adelwaldus monach

147.8

Adrianus papa T

147.8

Adrianus papa prim

147.8

Adrianus papa, Ca

147.8

Adulterium à Reg

147.8

Adulterium à Reg

147.8

Adulterium à Reg

147.8

Adulterium à Reg

147.8

Adulterium à Reg

147.8

Adulterium à Reg

147.8

Adulterium à Reg

147.8

Adulterium à Reg

147.8

Adulterium à Reg

147.8

Adulterium à Reg

147.8

Adulterium à Reg

147.8

Adulterium à Reg

147.8

Adulterium à Reg

147.8

Adulterium à Reg

147.8

Adulterium à Reg

147.8

Adulterium à Reg

147.8

Adulterium à Reg

147.8

Adulterium à Reg

147.8

Adulterium à Reg

147.8